

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG_0274

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT QUINQUAGESIMUM
SEPTIMUM.*Ichthyostonos Litorea. Aytuy.*

Binas has subsequentes arbores *Ichthyostonos*, seu piscium necatrices voco, quum ab incolis in illum finem adhibeantur, quarum prima hoc in capite descripta litorea, altera subsequens montes amat.

Ichthyostonos litorea, mediocris est arbor, arbori *Excacanti* similis, vel paulo humilior, truncum gerens gracilem, qui nunc solitarius, nunc geminus excrefcit, comam gerens densam, quum rami ex plurimis longis flagellis content, quibus folia per longos ordines insident alternata, quæ longiuscula sunt & angusta, ad oras subtiliter, sed non profunde, ferrata, quatuor & quinque pollices longa, unum cum dimidio lata, tenuibus ac vix notabilibus venulis pertexta, crassiuscula, glabra, glauca, ac plerumque antrorsum inflexa seu sinuosa.

Ex horum alis longi progerminant juli, uti in arbore *Excacante*, sed qui longiores sunt. Hisce flosculi insident pusilli, muscoli, ex viridi flavescentes, quorum quivis ex tribus brevibus constat staminulis: Hosce insequuntur fructus rari, qui parvi sunt globuli, paulo majores globulo sclopeti minoris, ex cinereo & viridi variegati, ac tandem terrestri coloris seu nigricantes, duri, lignosi, acsi fructus ejusdam officula essent. Externe fex fulcis notati sunt, qui in durum apicem concurrunt, tres vero horum fulci profundiores sunt, ita ut totus fructus in tria segmenta dividi possit, quæ sicca sibi adcumbunt sine ulla medulla, ac nihilominus tamen sibi adhærent, in quovis autem segmento nucleus reconditur Pistachia similis in cellula quadam, qui interne ex cinereo & fusco colore variegatus est.

Arboris cortex ex viridi nigricat, paucumque spissum exsudat lac, si vulneretur, vel si folia abrumpanitur. Lignum penitus albicat, leve est, molle, & inutile tigno. Mayo & Junio floret. Ex quavis pilula seu fructu binæ progerminant arbusculæ, tertius enim nucleus plerumque emarcidus ac nullus est.

Nomen. Latine *Ichthyostonos Litorea*, h. e. litorea piscium necatrix. Amboinice in Hitoea *Aytobi*, *Aytuy*, & *Aypue*. Jure inter arboris *Excacantis* species numerari possit, quæ supra libro tertio descripta est.

Locus. Raro occurrit in Hitoe regionem, ac potissimum in litore, vel locis ipsi vicinis in planis silvis; crudi ejus fructus hinc inde in litus projecti inveniuntur, a nullo enim expetuntur animali.

Hæc arbor ad noxias quoque pertinet arbores lactescentes, quæ perniciosas possident qualitates, unde & nullus est usus, excepto quod ejus fructus ad pisces enecandos adhibeantur, separant enim in flumine quodam locum parvum, ubi corbiculos quosdam recentibus hisce fructibus inpletos & grosso modo confusos deponunt, aliis cineribus mixtos, quos in oclusos projiciunt locos, atque hos porro fustibus turbant & conmovent, donec aqua horum nucleorum spuma sit obducta, tum omnes pisces in illo loco oclusi semi-mortui supernant, qui innoxie tamen comeduntur.

Lignum, licet sit leve & molle, durabile tamen est; nec cossos umquam generat, si modo siccum bene conservetur, forte aptius erit ad calceos ligneos seu *Tsjerippos*, illo arboris *excacantis*, qua de re supralatius fuit actum, nuclei in fructibus oclusi instar Canarium dulcescunt, nec noxiæ videntur esse qualitatis, pueri enim maturos hosce aperiant fructus, ipsorumque nucleos innoxie edunt.

Tabula Centesima Trigesima Octava

Ramum exhibet *Ichthyostonos litorea*, seu *Aytuy*.

LVII. HOOFDSTUK.

De Strandt Visch-dooder Boom.

DEze twee volgende bomen noem ik *Ichthyostonos*, of *Visch-dooders*, om dat ze de Inlanders daar toe gebruiken, waar van de eerste in dit Kapittel beschreven, de stranden, en de volgende de bergen bemind.

De strand-*Ichthyostonos* is een middelbaare boom, den Arbor *Excacans* gelyk, of wel zo laag, en rank van stam, die zomtyds enkeld, zomtyds dubbeld is, en met een digte kruyn, want de takken zyn bekleed met veele lange gerten, waar aan de bladeren in lange ryen verwisseld tegen malkander staan, derwelke zyn langagtig en smal, aan de kanten fyn, doch niet diep gezaagt, 4. en 5. duymen lang, 1½ breed, met fyne en pas kennelyke adertjes doortogen, dikagtig, glad, zee-groen, en meest alle wat voorwaarts gekromt.

Uyt den schoot der zelven komen lange kattekens voort, gelyk aan den Arbor *Excacans*, doch langer. Aan dezelve staat zeer kleen bloeyzel, zynde moscbagtige bloempjes, geel-groen, en yder van 3. korte draadjes gemaakt; na dezelve wassen eenige weinige vruchten, zynde ronde bollekens, wat grooter dan de Musquets-kogels, uit den graauwen en groenen gemengt, ten laatsten aardverwig of swartachtig, hard, boutachtig, of het een korf van een vrucht was. Van buyten zyn ze met 6. vorens getekend, die in een kort spitsje zamen lopen, maar 3. derzelver gaan door, zo dat de geheele vrucht zig in drie laat deelen, welke stukken droog tegen malkander staan, zonder eenig merg daar tusschen, en niet te min aan malkanderen vasthouden, in ieder stuk leyd een korf, als een Pistacie, in een celletje, uyt den graauwen vaal, het binnenste vervullende.

De schorsse is uyt den groenen wyl en swartachtig, weinig dikke melk wygevende, als men ze quetst, of als men de bladeren afhroekt: 't hout is geheel wit, ligt, week, en ondeugent tot timmeren. Hy bloeyd in May en Juny. Uyt ieder vrucht of pille komen twee jonge boompjes voort, want de derde is gemeentlyk uitgedroogt en onnut.

Naam. In 't Latyn *Ichthyostonos litorea*, dat is, Strandt Visch-dooder. Amboinsch op Hitoe *Aytohi*, *Aytuy*, en *Aypue*. Men zoude hem met rede onder de zoorten van Arbor *Excacans* mogen rekenen, boven in 't 3. Boek beschreven.

Plaats. Hy word weinig gevonden op 't land Hitoe, en wast meest op strand, of niet verre daar af in vlakke bosschen; de raauwe vruchten ziet men hier en daar op strand verstrooyt, want zy werden van geen beest genuttigd.

Dezen boom behoord onder de sorgelyke melkbomen, die een schadelyke kragt hebben, en is dierhalven van geen gebruik, behalven de vruchten tot het Visch-doden, want zy besluynen een kleene plaats in eenige rivier met Serien of Horten, nemen dan eenige korfjes vol van deze vruchten, die nog groen of melkagtig zyn, stoten dezelve grofselyk, vermengenze met asch, en stroyenze in de beslotene plaatsen, daar in zy dan verders met stokken stampen en vroeten, tot dat het water met het schuym van deze korls bedekt is, alle de Visschen die 'er in zyn, komen half dood boven dryven, en werden echter zonder schade genuttigt.

Het hout, hoewel ligt en week, is nogtans durabel, en word nooit wormstekig, als 't maar droog gebouwen word, misschien is het bequaamer tot bouten trippen, of *Tsjerippos*, als dat van Arbor *Excacans*, waar van boven gezegt is. De korls, die binnen in de vruchten steken, zyn zoet als Canaris, en schynen geen schadelykheid in zig te hebben, want de kinders kloppen de ripe vruchten open, en eeten de korls daar uyt.

De hondert acht- en dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de Strandt Visch-dooder Boom, ofte de *Aytuy*-Boom.